Monseigneur

149

N 22.

Præparatus jam totaliter ad iter Varsaviam acqvisitâ aliqva ab amicis pecuniâ, constitue,
ram qvidem illud divino aggredi auxilio, ve,
rùm præter omnem spem aliter disposuit omnipo,
tens Deus, qvandoqvidem contraria valetudine
iterùm taliter decubui, ut in Sucusq; nec in totùm
relinqvere lectùm, multò minùs iter tale facere
vellem; Ea tamen Illrmæ Vestræ Excellentiæ
qvam semper sufficienter expertus sum, amicitia
benevolæq; propensionis affectus, nullum mihi facit
dubium, qvin ad exaratas meas anteriores literas,
præpollente autoritate valenteq; promotione sua
benignissimè efficere Saud dedignata sit, qvo Rescri,
tum ad Supremos Ducales Consilianos interim ex,
peditum ne audeant aliqvam intendere mutatio,
nem, verùm relictis rebus in antiqvo statu S. Ræ.

Majestatis et Reipbcæ expectent decisionem
ac illud in Curlandiam transmissum, nec etiam
me absente et non audito aliqva veniæ ætatis con
cessio, prouti qvidem variæ spargunt relation
à S. R. Mtis Duci Minorenni, in præjudicium
aggravationem mei, impertita fuerit; imò qvando
nulli ausi sunt Eundem declarare Majorennem
ejus scriptam acceptare denuntiationem, debitam
ea propter promerûêre animadversionem qoia con
autoritatem S. R. Mtis et Reipbcæ egerunt, atq; stat
poenæ in Rescriptis Regiis satis severæ, Illmæ Vri
Excellciæ reflexionem etiam merentur; Et qvoniam
Consilium Varsaviense finitum qvoq; jam erit, atq;
S. R. Mtem in Saxoniam brevi redituram multi p
tant et communis fama id fert per totam Saxoniam
ejus certitudinem antequam iter in Poloniam

sanitate permittente frustra facerem, et qvæ hoc
tempore ibidem in negotiis meis acta sint, Illmam
Vram Excellcam instantissimè rogo, mihi transcribe,
re ac literas Erffurtum dirigere benevolè digna,
ri velit, ut, habita certitudine ubi S. R. Mtem
invenire possim, qvam primum sanitas mea, qvæ
successivè reconvalescere incipit, concesserit, indi=
late venire qvam osculatusus S. R. Mtis manus;
ad securius qvidem et comodius iter hoc facien,
dum, qvæsivi literas securi Passus Regis in Prussia
per ditiones suas longiore licet itinere, eundi,
verum eæ denegatæ sunt mihi, signum etiam id
præbens inimicitiæ ac infensi, sine omni causa,
erga me Regis animi irreconciliabilis, nec etiam
detentæ Regiomonti res meæ inbucusq; mihi red=
ditæ sunt. Coeterum Illmam Vram Excellcam

Reineps Curlandiæ
& Lib. Marq. etc.

158.

divinæ protectioni, me verò constanti benevolen
suæ, et negotia mea, ulteriori benignæ promoti
quam optimè comendans, bonamq; eidem valetudi
nem cunctaq; prospera cordicitus apprecans, o
obligatione debitoq; venerationis cultu, ad quæ
reciproca sinceræ amicitiæ præstanda officia
incessanter maneo,

Monseigneur

de Vôtre Excellance

le très humble
très oblige serviteur

Ferdinand. Duc
de Curlande

Schmalkaldiæ die 16. Martij
ao 1710.